Pi thalamo paradysus erat · mundusq; dabatur
In dote · & laetus gaudebant sidera flammis.
Est locus eoo mundi seruatus in axe
Secretus natura tuis ubi solis ab ortu
Vicinos nascens aurora repercutit indos
Hic gens ardentem celi subiecta uaporem
Quam candor feruens albenti ex aethere fuscat
Hic semp(er) lux pura uenit · celoq(ue) pro pinquo
Natiuam seruant nigranti a corp(ore) nocte
At tamen in totis splendentia lumina membris
Captiuo fulgore micant · uisuq(ue) nitente
Certior accrescit pullatis uultibus horror
Cesaries incompta riget quae crine supino
Stringitur · ut refugo careat frons nuda capillo
Sed magnu(m) n(ost)ros quicquid defertur ad usus
His totum natura dedit telluris opime
Quicquid odoratu pulchriusq(ue) dilabitur inde
Concolor his ebenu piceo de fomite nimius
Surgit · & hic ebori munus q(uo)d porrigit ortu